

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 179. De singulis peccatis mortalibus necessaria est contritio
perfecta, vel imperfecta. Non tamen necesse est quòd pro numero
peccatorum sit numerus contritionem; sed sufficit unus contritionis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

est; & qui servum auferit dominanti Deo, à quo factus est, & malignis servit spiritibus, iustus est? Quasi dicat, minimè Salvianus quoque l. 4. de gubern. mundi. omnis Christianorum culpa, divinitatis injuria est. Denique ceteris omisiss, sanctus Thomas Villanovanus furem & latronem vocat hominem, qui de aliquo actu suo disponit, non secundum Dei voluntatem, nec propter Deum: quia (inquit) alienum est quod prodigit.

2237 Cum igitur communis hac de re sententia Veterum tam solidis fulciatur argumentis, sitque haud dubie ad maiorem Dei gloriam, & ad animarum salutem: quid recentioribus Causulis convenienter ei contradicere?

Objiciunt quidem ipsi 1°, proxim fidelium, sese non accusantium de transgressione hujus precepti.

2°. preceptum contritionis esse affirmativum; idemque non obligare ad statim, magis quam preceptum Confessionis.

2238 Sed nunquid haec potiora sunt argumentis, qua ex Scriptura, Patribus, & urgente ratione Theologica protulimus? Levioris profectò armaturae sunt. Unde

Ad 1. respondeo, proxim illam in indoctis ex instructionis procedere defectu; in doctis vero procedere dumtaxat in sequacibus novioris opinionis. Neque enim credibile est sequaces sententiae Veterum proxim illam sequi.

2239 Ad 2. respondeo, preceptum contritionis non esse purè affirmativum, sed aliquid includere de negativo; sicut restitutionis preceptum. De quo S. Thomas 2. 2. q. 62. a. ult. ad 1. dicit, quod quamvis secundum formam sit affirmativum; implicant tamen negativum, quo prohibemur rem alienam detinere.

2240 Non ideo tamen negamus, in hoc, sicut in aliis preceptis, dari materiae seu temporis parvitetam, à novo mortali excusantem. Tametsi enim sub gravi obliget ad statim; ly statim moraliter accipiendum est, cum aliqua lauidine, ita scilicet ut, attento rei momento, diu non differatur.

2241 Ad id quod additur in obiectione, de precepto Confessionis, quod non obligat ad statim, respondeo 1°. cum S. Thomas esse disparitatem, quod præceptum Confessionis, secundum se, sit purè affirmativum: sicut præceptum contritionis. 2°. præceptum quidem Confessionis, per se, & ratione sui, non obligare ad statim: quia per se est purè affirmativum, & per se fieri potest, ut statim Deo quis per contritionem perfectam reconcilietur: per accidens tamen, & ratione reconciliationis cum Deo, attenda difficultate magna elicendi actum perfectæ contritionis, paucitate que eorum, qui per eam ante Confessionem reconciliantur; videtur mihi Confessio statim, id est primâ data opportunitate necessari facienda. Si enim filius tenetur statim reconciliari patri suo, & frater fratri se offendit, juxta illud Matth. 5. si offensus tuus a te adest, &c. quanto magis peccator Deo? cum status inimicitia cum Deo tam horribilis sit, tantorumque malorum incurioni, tantorum bonorum privationi obnoxius, ut qui oblatam primam reconciliationis oportunitatem negligit, divinam amicitiam parvificare videatur, in cuiusque inimicitia, cum miseria sua maxima, voluntarie permanere. Quenadmodum fidem parvificare censetur, qui eam, voluntariè amissam, primâ opportunitate redintegrare non curat. Sicut ergo iste ad id tenetur; ita & ille. Atque ita docent Guilielmus Parcifensis, & Alexander de Ales.

2242 Nec contrarius est S. Thomas Supplm. q. 6. a. 5. utpote cuius contextus manifestare videtur, eam (quam ibi tradit) doctrinam, procedere de

obligatione praecepti Confessionis per se & ratione sui. Unde & tota ratio ipsius est, quia praecepta affirmativa non obligant ad statim. Quod ulti fatemur, allertam obligationem haud fundantes in praecepto ipso affirmativo Confessionis; sed in affirmativum est secundum formam, ut implicet in Dei inimicitia prohibemur voluntarie permanere.

Siquis replicet, hoc dato, non esse cur preceptum Confessionis ab Ecclesia determinatum sit ad semel in anno.

Respondeo negando assumptum: quia illa Ecclesiæ determinatione prescribitur tempus, quo praeceptum Confessionis obligat per se, sicut determinat Confessionem ultra annum non deferendam, ut nihil determinetur de tempore, quo Confessionis praeceptum obligat per accidens, ratione necessitatis reconciliandi se cum Deo.

C A P U T CLXXXIX.

De singulis peccatis mortalibus necessaria est contritus perfecita, vel imperfecta. Non iam men necessè est quod pro numero peccatorum sit numerus contritionum; sed suffici unus contritionis motus, ex motivo omnibus communis ad omnia (virtualiter saltem) se extendens.

POsterioris partis ratio est, quia nec Scriptura, nec Concilia, nec Patres amplius requirunt.

Prioris vero partis, quod utique de singulis mortalibus necessaria sit contritus, ad omnia saltem virtualiter se extendens, ratio est, partim quantum mortale sine alio remitti non potest. Partim qui nullum mortale remitti potest, quantum perfeverat affectus ad ipsum. Perfeverat autem, quantum per debitam contritionem legitimè non retrahatur.

Declaratur: in quoilibet mortali tria sunt, videlicet macula peccati, reatus culpa, reatus poena. Macula quidem: sicut enim (juxta Augustinum) fordetur aliquid, cum inferior intellectus naturæ (quia etiam de puro argento fordetur aurum) ita iordes animi sunt amor quaruncunque rerum propter Deum. Qui amor cum initio omni peccato, etiam veniali; haec macula locum habet in omni peccato. Sed in mortalibus est specialis macula, privatio utique gratis sanctificantis, quae anima decor est. Quæ profectò macula per solam extrinsecum peccati condonationem tolli nequit; sed per contritionem. Deinde super omnia amorem dispositivo tollitur; formaliter autem per gratias sanctificantis infusionem, seu spirituali suorum in habitantem. Prior vero macula, in inordinato creaturarum amore confitens, tolli nequit nisi per contrarium Dei vel iustitiae amorem, vel contritionem inde procedentem, per quam amor ille retractatur.

Et quamvis reatus culpe, seu offendit Dei, in iuris Deo per peccatum illata, spectatà sola Dei potentia, per solam extrinsecum Dei condonacionem, abique ulli contritionis seu potentissimæ motu, divinitas remitti fortasse queat (quare enim injurias sibi illatas, non potenteribus sic remittere non potest, qui omnia potest?) spectatà tamen regulâ divinae aquitatis & incommutabilis iustitiae, cum convenienter fieri nequeat, i Deo fieri non potest. Quia nullum inconveniens, quamlibet parvum, à Deo fieri potest.

Idem est proportionaliter de reatu poena, quem id licet Deus, spectatà sola potentia sua, absque illa

illa poenitentia remittere queat; non tamen speclata iustitia sua. Neque enim Deus est omnipotens, nisi omnipotenti justa, omnipotenti clementis, &c. Idemque to. 1. de Deo, distinct. 10. n. 123. probavit, quod Deus iure supremi sui in creaturas dominii, creaturam innocentem aeterno nequacat addicere igni. Neque enim Deus tribueret debemus supremum in creaturas dominium, ab equitate, iustitia, clementia, aliquip divinis attributis separatum, sed supremum dominum, et quam, iustum, clemens, &c. Creaturam vero innocentem aeterno igni addicere, est contra regulam supremae equitatis, iustitiae, clementiae, &c.

C A P U T C L X X X .

Necesse non est quod contrito precedat Confessio-
nem; sed sufficiunt quod procedat, vel comi-
teretur absolutionem.

²²⁴³ E St communis sententia, tametsi contradic-
tes habent Ferdinandum de Caltro-Palao, Co-
mnick, &c. Et probatur 1^o. ex communi sensu
fidelium, communis confitentia Doctrorum, com-
muniq[ue] praxi Confessoriorum, qui solliciti esse
non solent de eo quod contrito procedat, sed to-
tum quod procedat, vel conmitteretur absolutionem.
Praeterea namque confessione, dum non excitant
poenitentes ad contritionem; quia runc elicita,
Confessorio significatur, statim absolvunt. Itaque
proxim confirmat veteris Ecclesie praxis, secundum
quam primò recipiebatur peccatorum confessio;
deinde poenitentes jubebantur variis
pietas exercitis, poenitentia operibus contri-
tionem tibi procurare. Ac tandem una nova con-
fessione absolvabantur. Videri potest D. Nicole
Instruct. 4. de pecc. c. 23.

²²⁴⁹ 2^o. quia confessio dolorosa esse potest, tamet-
si contrito subsequatur ipsam, non procedat. Cum
hoc ipso dolorosa sit, quo sit intentione sacramen-
talis absolutionis debite sufficienda; atque adeo
intentione doloris ante absolutionem, vel sub il-
la concipiendi. Per ejusmodi namque intentionem,
dolor confessionem concomitantur in voto,
proximè exequendo.

Nec est ratio negandi confessionem sufficien-
ter dolorosam esse, per hoc quod fiat intentione
concipendi verum dolorem, vel mediæ Confessa-
tiori admonitione, seu instructione concipendum;
vel à Deo impetrandum per bona opera à Con-
fessario injungenda, & ante absolutionem pera-
genda, sicut habebat prioribus Ecclesie facultis.

²²⁵⁰ Nec momentata est ratio qua obiectum à non-
nullis in contrarium: quod utique confessio, fa-
cta abisque precedentia vel concomitantia dolore,
non magis sit reconciliativa, quam absolutione sic
data. Cum confessio non sit reconciliativa pro-
instanti quo ipsa sit, sicut absolutionis; sed pro in-
stanti subsequentia absolutionis; idemque sufficiat,
quod fiat intentione eliciendi dolorem (necessaria-
ment ad reconciliationem) previae, vel concomi-
tantia ad absolutionem.

C A P U T C L X X X I .

Momento de contritione questiones
resolvantur.

²²⁵¹ Q Uæritur 1^o. an dolor possit diu procedere
confessionem, vel absolutionem? 2^o. an
novus dolor toties existans sit, quoties nova
impeditur absolutionem? 3^o. an dolor de pecca-
tis concepi debet in ordine ad Sacramentum?
4^o. an dolor seleni concepus, per lapsum sub-
sequentem in peccatum, seu mortale, seu ve-
niale, retrahari confeat?

Ad primum respondeo affirmativè cum Soto,

Candido, Mæratio, & Leandro à SS. Sacram. Quia judicium sacramentale institutum est ad instar judicij forensis, quod censetur moraliter unum, licet sententia diu post causam discussionem proficeretur. Quemadmodum ergo in judicio forensi praecedentia discussio causa; etiam ad plures dies, vel hebdomadas, non obstat moraliter unitati judicij; sic in judicio sacramentali praecedentia confessionis, vel doloris, etiam ad plures dies, vel hebdomadas, eidem unitati non obstat, dummodo actus isti poenitentis moraliter permanere censentur. Censentur autem moraliter permanere, quamdiu neque explicitè, neque implicite retractantur. Neque enim alia requiritur unio, seu moralis, seu physica, inter materiam & formam judicij sacramentalis, quam inter materiam & formam judicij forensis, uti constat ex veteris Ecclesiæ praxi, secundum quam inter confessio-
nem & absolutionem intercedebat intervallum non modici temporis, quo poenitens (secundum Canones) poenitentia operibus exercebatur. Proinde non dubitandum (inquit Mæratius de Sacram. dispu. 2. fecl. 7.) quoniam valida foret abolutio Sacerdotis, que multis hebdomadiis, imd mensis, datur post audiendam poenitentis confessionem. Quæ quanvis tardius differri non soleat, non de-
junt tamen casus, in quibus ad aliquas dies, imd
hebdomadas, differri atque, &c. differri etiam
expedit; dummodo poenitens adhuc censentur se
subjicere clavibus, in ordine ad absolutionem,
nec novo peccato, seu alter, peccatorum suo-
rum dolorem vel confessionem retractat.

Hinc validum fructuofumque est Poenitentia
Sacramentum, si quis praecedenti vepera, con-
scientia discussa, excitatoque de peccatis dolore,
cum proposto confitendi, sequenti die sine novo
dolore confessus abolvatur. Ita Bassius, aliquis
paup.

Ad secundum respondeo negativè cum Rosel-
la, Petro Ledesma, Joanne de la Cruz, & alii,
quos Diana refert p. 11. tr. 5. refol. 21. Ratio
est, quia idem dolor subseruire potest duplici ab-
solutioni: cum ad novam absolutionem sufficiat
nova confessio, prout constat ex communi praxi
fidelium, sacramentaliumque Judicium, qui sine
novo dolore, tametsi non sine nova confessione,
iterat ab solvunt obitos alieujus peccati morta-
lis, illud paulò post acceptam absolutionem sine
novo dolore confitentes. Neque fideles novum
tunc dolorem elicere solent. Enimvero ut quid no-
vus dolor requireretur, si prior moraliter adhuc per-
ficeret, ad peccatumque de novo confessum virtua-
liter saltē se extenderat? Si dolor primò elicitus ad
huc acta perseveraret, nulli dubium, quin nova
sufficiat absolutionem (perquam enim absurdum
est aliter, quod illius requiratur interruptio, quasi
continuatio absque interruptione oblitus fructuofus
absolutioni peccati in confessione obliiti) pariter
ergo sufficiat, si adhuc perseveret virtus.

Nec quia ad novam absolutionem nova requi-
ritur confessio, nova pariter requiruntur contritio,
Disparitas est enim, quod ad novam sententiam,
etiam forensem, nova requiratur causa proposi-
tio, novaque rei subiectio. Quæ sit per novam
confessionem, non per novam contritionem. Et
sicut ad novam sententiam sic in judicio forensi
nova requiritur causa propositio, ut nova non re-
quiratur probatio, magis quam nova causa; sic
in judicio sacramentali sic nova requiritur con-
fessio, ut nova non magis requiratur contritio (per
quam poenitens prober novâ se absolutione dignum)
quam nova requiratur causa, seu novum
aut distinctum peccatum. Ad novam proinde ab-
solutionem, sic ut nova sic requiritur confessio, ne
novum seu distinctum non requiratur peccatum,
sed sufficiat nova confessio, sive peccatorum alias